



Handwritten text, possibly a signature or name, written in cursive script.

MAGNORUM
AUGURIA NOMINUM,

Quibus:

SERENISSIMUM, NEC NON POTENTISSIMUM PRINCIPEM
AC DOMINUM

DOMINUM,
FRIDERICUM
AUGUSTUM,

Regem Poloniarum, Magnum Ducem Li-
thuaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviae, Samogitiae, Kyoviae, Vol-
hyniae, Podoliae, Podlaciae, Livoniae, Smolensciae, Severiae Czernicho-
viae, &c. &c. DUCEM SAXONIAE, Juliae, Cliviae, & Montium, ut &
Angriae & Westphaliae, S. R. I. ARCHIMARESCHALLUM & ELE-
CTOREM, Landgravium Thuringiae, Marchionem Misniae, ut &
superioris & inferioris Lusatae, Burggravium Magdeburgensem,
Principis dignitate ornatum Comitem Hennebergiae, Comi-
tem in Marca, Ravensburgo & Barby, Dominum in
Ravenstein, &c.

Dominum suum longe Clementissimum,
Torgenses suos Visitantem,

A. O. R. M. DC. XCIX.

die 18 Mensis Octobris
Submississime excipere debuit:

PETRUS PAULUS FEKNO, Con-Rector.
Torgensis.



TORGAE,
Literis ION, ZACH, HEMPL.

PROOEMIUM.

SALVE REX! SALVE ELECTOR! Concedetuoqve
Servo, Nominibus ludere, quæso, tuis.

FRIDERICUS,

^{ἀνάγκη.}
CUR FIS? RIDE.

Explicatio:

AN non Attalicas, animo fortissime PRINCEPS,
Forfan avita tibi terra ministrat opes?
CUR FIS REX? ingens cujus cervice recumbit
Imperii moles, quæ sine fine premit.
Sic aliquis dicet, vivens tibi Saxo fidelis,
Et cordi cui Tu, cui Tua chara salus,
Hæc sed dicentem RIDE, nam nescius ille,
Conveniat fronti quod diadema Tuæ.
Regia cui Virtus, Regum qui sanguine cretus;
Hunc sceptrum, fulgens hunc diadema decet.

Aliud:

I, DUC, FERRIS.

I, jam REX, quò Te properat Tua ducere Virtus,
Quæ radiat tanquam sidus in arcè poli.
Ducere sed quò Te, rutilantis lampadis instar,
Hic sidus gestit duxque comesque Tuus?
Ad laudum cumulos, ad clara tropæa, triumphos;
Quos Tibi confinis barbara terra dabit.
DUC animo tantum forti, magnoque Lechitas,
Quæis Te præposuit Numinis alma manus.
Laudibus innumeris toto jam FERRIS in orbe;
Perge velut pergis tempore magnus eris.
Perges, nec cedes Casimiro credo triumphis,
Nomina cui magni facta dedere sua.

AUGUSTUS

^{ἀνάγκη.}
GUSTA, USU.

Explicatio:

QVos Virtus profert, magno qui Principe digni,
E quibus & succus dulcior usque fluit:
GUSTA AUGUSTE potens fructus, perchare Tuisque
Saxonibus, Tibi qui prospera quæque vovent.
Quanta, & qualis in his lateat sine fine voluptas;
Tu discas **USU**, scribere non meum erit,

Discas,

Disces, si dederit, summus MODERATOR Olympi
Vitam longævam, quam tibi quisque vovet.
Disces, si fueris sceptri moderamine cautus;
Dictum factum: Tu nam moderamen amas!

Aliud:

TAGUS, USU.

IN patulo ceber, non portat Iberibus orbe,
Commoda tanta suis, aurifer ille TAGUS:
Quanta feres Tu, REX FRIDERICE AUGUSTE, Lechitis!
Qui venerantur jam sceptrum corusca tua.
Tu TAGUS existes illis, mutabis in aurum,
Illorum cuprum; magnus is usus erit.
Hostiles & inundabis tu milite forti
Campos, quæ latè Taurica terra patet.
Manabis, superans sublimes flumine ripas,
Fluctibus & sternes obvia quæque tuis.
Continuò tandem belli sic hostibus USU:
HANNIBAL, HUNNIADES, omnibus horror eris!

ELECTOR.

^{ειράνη}
RECOLET.

Explicatio:

Posteritas RECOLET, credas Heroica facta
Hæc tua, & ornabit laudibus illa suis.
Saxo tibi fidus RECOLET, RECOLETque Polonus,
Imprimet & chalybi, nomina magna tua.

Aliud:

COLET RE.

Te COLET, ut coluit, RE, Saxonia hæctenus ipsa,
Ne forsân dubites REX FRIDERICE potens.
Tu tantum faveas illi: servare receptam,
Quolibet est promptus tempore Saxo fidem.
Te COLET, haud dubito, RE & rite, Lechita, Borussus;
Hoc cultu, Virtus splendida, digna manet,

SAXONIÆ:

^{ειράνη}
NOX ASIÆ,

Explicatio:

Usa fuit certè, longo jam tempore luce
Clara, hoc Podoliæ, damna docere valent.

Inaminet

Imminet ast certò Lunatæ tristis & atrox
Nox ASIÆ: hinc merito barbara terra pavet.
Saxoniæ surgit pedetentim finibus isthæc;
Et merito trepidat barbara turba metu.
Qvis cluit hæc ASIÆ Nox? REX novus: ergo capeffe
Gaudia REX nove jam, barbara terra pavet.

Aliud:

I, ANAX, EOS.

I properanter ANAX, hastam cape, tela, sagumqve,
Ac audacter Eos, protege, frange, feri:
Finibus imperii vasti qui sæpe tulere,
Temporibus prisca, maxima damna tui.
Christicolum tristem pugnans ulciscere cladem,
Qvos hac affecit, Taurica turba ferox.
Factum: Sarmatiæ Imperium moderante Pudico;
Atqve anno hoc pressus, Rex popVLVsqve SIMVL

REX, POLONIÆ:

^{ἀναγε.}
EXI PLANO, ERO:

Explicatio:

EXI mox hostis campo sævissime PLANO,
Insultare cupis, qvique nocere meis.
Indubitatus ERO tutor, defensor eorum:
Sic jusjurandum, sic mea pacta sonant.

Aliud:

IEÒ, PRONA LEX:

I properanter Eo, PRINCEPS diademate cincte,
Et noli longas neçtere foite moras:
Qvò trahit, ad summam, Temet, LEX PRONA salutem,
Et tuam, & illorum, qvos tua dextra regit.

ACCLAMATIO:

Vive diu REX! vive ELECTOR! vive tot annos,
Qvot tibi jure fuit musa precata mea:
Cum tibi Torgensis, missis ad sidera palmis
Rite fidem DOMINO, parva caterva daret,
Qvam, ceu tum fueras, semper dignare serena
Fronte tua PRINCEPS, nam tibi fida cohors.
Jam precor, ut tandem veniant hæc singula certò;
Qvæ prendunt in se nomina magna Tua.

22 (•) 20

AB 180007


ULB Halle 3
002 378 078



Sb.

VD 17





MAGNORUM

... NOMINUM,

Quibus:

... POTENTISSIMUM PRINCEPEM
... DOMINUM

... NUM,

... ERICUM

... USTUM,

... Magnum Ducem Li-

... azoviæ, Samogitiæ, Kyoviæ, Vol-
... niæ, Smolensckia, Severiæ Czernicho-
... NIÆ, Juliæ, Cliviæ, & Montium, ut &
... ARCHIMARESCHALLUM & ELE-
... auringiæ, Marchionem Mithiæ, ut &
... e, Burggravium Magdeburgensem,
... Comitem Hennebergiæ, Comi-
... burgo & Barby, Dominum in
... enstein, &c.

... onge Clementissimum,

... suos Visitantem,

M. DC. XCIX.

Mensis Octobris
... ne excipere debuit:

... IS FEKNO, Con-Rector.

... orgensis.



... ORGÆ,
... I, ZACH, HEMPI.

